

Magna quam indocto. Dicit ei Christus: Hæc ignoras ut ejus arrogantiam, ac elationem confunderet, ac comprimeret. ut ita sua superbia deposita ad viam salutis duceret, nihil enim magis reprimat, ac confundat virum de sua scientia præsumentem, quam ei suam ignorantiam, ac insipientiam objicere; & cum Christus D. diceret Nicodemo: Hæc ignoras? ita ipse confusus, & animo repressus mansit, ut ita obmutesceret; & nihil amplius ad Christi verba responderit, sed tacens absque ullo verbo dicto recessit. Vide tom. 1. lib. 1. cap. 10. n. 61. & lib. 2. cap. 1. n. 60.

58. Sexto: non directè respondit Dominus, ut videatur impletum, quod impius incidit in foveam, quam fecit, Pharisei sua interrogatione fabricarant contra Christum D. tendicula, ac dolos, ut eum caperent in sermone, inde Dominus alia interrogatione in eos retorquet, eos ignominia efficiens, dum nesciunt respondere, ut ita ipsi sapientia inflati fateantur, dicere se nescire, & ita malum: quod iniqui in sanctos machinantur, ac moluntur, ipso comprehendit, ac in eorum caput revertitur.

59. A'to Dei consilio proficiscitur Israël de Ægypto, & non recto itinere in terram Promissionis, sed tanquam iterum revertere in Ægyptum, inde juxta mare castrametatus est, quod cum ex suis exploratoribus agnovisset Pharaon, ait Deus: Dicitur est Pharaon super filiis Israël, coarctati sunt in terra, conclusi eos desertum. Exod. 14. n. 3. Cum eos Pharaon agnovisset conclusos inter desertum, & mare, inde sibi persuadet, quod eos comprehendet, ac teneat, ut nullus ex eis valeat effugere; sed malum, quod cogitavit impius rex ad Israël in teritum, è contra accidit, ut ipsum mare eum toto exercitu suo devoraret, ac deglutiret, ut ne unus quidem ex tam copioso exercitu superstes remaneret: fuisset consiliis impius irritatur.

Exod. 14. Oleaster ait: Multa sunt, & varia offendicula, & mucipula, quas Deus ponit impiis, ut irriterentur, & cadant; sic Pharaon exigentibus demeritis, Deus permisit Judæos redire, & quasi deserto, & mari concludi, ut animus impii regis excitaretur ad eos persequendos, & corrueret tam ipse, quam populus ejus. Vide tom. 4. in Evang. cap. 17. q. 16. n. 104. & cap. 31. q. 11. n. 74. & c. 19. q. 4. n. 19. & 20. & in aliis meis libris, verb. Logui, seu Lingua.

Matth. 21. n. 25. Baptismus Joannis, unde erat, è caelo, an ex hominibus? at illi cogitabant inter se dicentes, Num. 26. Si dixerimus è caelo, dicet nobis, quare ergo non creditis illis? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam; omnes enim habebant Joannem sicut Prophetam.

Num. 27. Et respondens Jesu dixerunt, Nescimus: Ait illis & ipse: nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.

Num. 27. Et respondens Jesu dixerunt, Nescimus: Ait illis & ipse: nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.

VERSIONES.

Syrus, n. 15. An ipsum Baptisma è filiis hominum? At illi cogitabant in animabus suis.

Græcus. Ratiocinabantur apud seipfos Arabicus. Intra se.

Arab. Rom. Dixerunt alter ad alterum, Syrus, n. 16. Propter quid non credidistis ei.

Arabicus, n. 26. Nec ego notificabo vobis in qua potestate.

ALTER TEXTVS.

Matth. 11. n. 30. Baptisma Joannis de caelo erat, an ex hominibus? respondere mihi.

Num. 30. At illi cogitabant secum dicentes: Si dixerimus de caelo, dicet: quare ergo non credidistis ei.

Num. 32. Si dixerimus ex hominibus, timemus populum: omnes enim habebant Joannem, quia verè propheta esset.

Num. 33. Respondentes dicunt Jesu: Nescimus: & respondens Jesus, ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Luc. 10. n. 4. Respondete mihi: Baptismus Joannis de caelo erat an ex hominibus?

Num. 5. At illi cogitabant inter se dicentes, quia si dixerimus de caelo, dicet; quare ergo non credidistis illi.

Num. 6. Si autem dixerimus ex hominibus, plebs universa lapidabit nos: certi sunt enim, Joannem prophetam esse.

Num. 7. Et responderunt se nescire unde esset.

Num. 8. Et Jesus ait illis: neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.

EXPOSITIO V.

BAPTISMVS Joannis. Clavum clavo trudit Christus D. interrogationem Phariseorum alia sua interrogatione confundit, ac refutat, quarens ab eis Baptismus Joannis, unde erat? Per Joannis baptismum intelligit Christus D. omnem vitam, prædicationem, ac institutionem Joannis, omnesque illius actus, & Baptismus nominat peculiariter, quia ut res nova, nunquam visa in Orbe, erat res Joannis valde

Matth. 3. valde celebris, ad quem omnes confluebant, ut dicitur Matth. 3. n. 5. Exibat ad eum omnis Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem, & baptizabantur ab eo: Joannes autem testificabatur Christum D. se ipso, suoque baptismo multò excellentiorem, ac majorem esse. De se Baptista ait: Ego baptizo in aqua, medius autem venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti, Joan. 1. n. 26. & iterum ibidem Joan. n. 33. de se ait Baptista: Ego baptizo in aqua, hic est qui baptizatus in Spiritu Sancto, & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

Joan. 1. Joannes favebatur se Christo in multis inferiorum. 61. Efficax Christi argumentum.

Hoc posito, Christus D. efficacissimum proponit tacitum argumentum. Quia si vos dicitis, quod Joannes, ejusque baptismus, potestas, & autoritas erat de caelo, à fortiori debetis confiteri, quod mea persona, meaque potestas, meaque auctoritas sit à Deo, cum Joannes aperto testimonio sapè professus esset se ipso esse majorem, ac præstantiorem, utpote verum Messiam, ac filium Dei: De caelo, an ab hominibus? Hebraei metonymicè sæpe usurpant continentis pro contento, & Deum vocant Scamain id est, Cælum.

62. Græcus. At illi cogitabant inter se: convicti Christi argumento, habitantes de responsione, cogitabant, seu ut ex Græco legi potest, conferebant quid dicerent; nam si dixerimus de caelo, inde contra nos testificamur, ac facile redarguemur; quare Christo non credimus, cum Joannes de ipso dedisset testimonium quod ipse erat verus filius Dei ac verus Messias, si dixerimus ex hominibus, timebant populum, ne universa plebs lapidaret eos; ut scribit Lucas, tanquam blasphemus, ut advertit Lyran.

63. Respondentes, dixerunt, Nescimus: fide & cum magno mendacio loquuntur, ut notant D. Chryl. Alb. Mag. D. Thom. Joannis baptismum esse immediatè à Deo; cum essent DD & legisperiti & cum Doctore, ac magistro de sua scientia inflato nil durius, ac acerbius sit, quàm insipientiam suam profiteri; tamen ita vehementer erat odium, ac eorum invidia in Christum, ut malint ignominiam insipientiæ, ac ignorantia sustinere, quàm aliquid in Christi gloriam dicere, ut si profiterentur baptismum Joannis esse de caelo, inde convicti tenebantur profiteri Christum filium Dei.

64. Nec ego dico vobis: ac si diceret Christus: vos non vultis respondere ad meam quæstionem, nec ego volo respondere ad vestram quæstionem. Vos dicitis: Nescimus, & mentimini. Nec ego dico vobis. Non dixit nescio, sicut illi dixerunt, quia non est Deus ut homo mendax; Num. 23. n. 19. Rom. 3. n. 4. & ait, Nec ego dico: ac si diceret, bene scio mea potestas unde sit, sed nolo vobis dicere, ut veram contumaciam conteram, ac confundam, Quo audito responso, os Scribarum obmutuit, nec mugire ultra audeat. D. Hieron. ait: ostendit illos scire, sed respondere nolle, & se nosse, sed non dicere, quia quod illi sciunt, tacent.

Num. 33. Rom. 3. D. Hieron. Ob odium & invidiam contemnitur propria auctoritas.

QUÆSTIO VII.

Quare Pharisei non solum mente, sed etiam verbis mentuntur ob populi timorem?

65. Quod solum mente responsum cogitaverunt, verba Textus favent. Matthæos habet in Evang. Tom. V. I.

bei: At illi cogitabant inter se: Syrus, in animalibus Quod foveam: & Marcus, At illi cogitabant secum dicentes, tum mentem. & c. & Lucas: At illi cogitabant inter se dicentes. Matth. Lucas. Quæ omnia verba tantum videntur denotare internam cogitationem. Deinde ipsi Scribæ responderunt coram Christo D. quomodo poterant inter se conferre quid dicerent; tamen communis responso videtur supponere communem consensum.

Tamen Cajet. Janfen. Barrad. ro. 3. lib. 8. c. 2. §. 66. Quæritur, Menoch. & alii tenent, quod Scribæ non solum mente cogitaverunt, sed etiam verbis inter se contulerunt, quid dicerent. Probatum primò ex Arabico Romano: Dixerunt alter ad alteram. Probatum deinde ex ipso Textu inquit ipsi, Si dixerimus, & c. timemus: Quæ verba in plurali numero videntur denotare quandam consultationem, ac conferentiam. Deinde si non præcessit inter eos aliqua consultatio, quomodo omnes idem cogitaverunt, ut dicerent, Nescimus, ergo hoc responsum ex unanimi consensu aliquod colloquium inter eos supponit.

Ad rationem oppositam dicitur, quod non solum mente cogitaverunt, sed etiam verbis tem contulerunt, & ita colligitur ex Græco, qui habet, Græcus. Rationabantur apud se ipsos. Ad instantiam dicimus, quod Scribæ aliquantum discesserunt à Christo, & submissa voce de responsione consultarunt.

68. Hæc autem dixerunt, Nescimus: ut exprimitur in litera: Si dixerimus, de caelo, dicet nobis, quare ergo non credidistis illi, si dixerimus, ab hominibus, timemus turbam. O timor conveniens Scribis, ac Phariseis, timore nempe agitati, ne vel à Christo convincantur, ne à turba opprimantur, ut eos lapidet, ut exprimit D. Luc. mentiuntur, & veritatem tacent. Bothym. hic: O miseram hominibus placendi captivitatem! Deum contemnunt, Humanus timor paratur: Ecce execrabilis omnium vitiorum origo, malis & Dei contemptum. Deum contemnere, homines timere; humanus enim metus omnium bonorum operum excidium est, cum Dei contemptum pariat, & solum homines revereri intendat.

69. Jubente Moysè, Levitæ excelsa voce clamant: Maledictus homo, qui facit sculpsile, & constabile, Deut. 27. & c. & respondit omnis populus, & dicit, Amen.

Deut. 27. n. 15. sic & deinceps ad reliquas maledictiones, quæ ibi recitantur; maledictiones expressit Scriptura, nec dubium esse videtur, benedictiones maledictionibus contrariis recitatas fuisse. Dubitari tamen potest an benedictionibus etiam populus responderet Amen: & quamvis interpretes communiter id affirmant, Steph. Cantuariensis in Allegoriis veteris testamenti ibidem allegatus, ita habet. Et respondebit omnis populus, & dicit Amen. Notat, quod Hebræi respondebant, Amen, ad maledictiones, non verò ad benedictiones; quia Judæi pro pena vitanda, quam notat maledictio, serviebant; nos propter præmium consequendum, quod signat benedictio. Qui tanquam servus de promissa spiritali felicitate parum curat, inde Dei benedictiones contemnens non respondet Amen, sed tantum maledictionum timor humana queritur, ac movetur, Divina spernit.

Quia Judæi pro pena vitanda, quam notat maledictio, serviebant; nos propter præmium consequendum, quod signat benedictio, illi ut servi, timore agitabantur: nos ut filii amore allicimur.